

Fac lutum ex calce vivâ, & albumine  
ovi, in aquam redactò, simul ea miscen-  
do, & citò applicando; quia facilè exsicca-  
tur.  $\beta$ .

$\beta$  Postea super alutam, vel laciniam  
neam, extensa fracturis applica.

### Pro vitris hydriis fractis con- solidandis.

Recipe boli Armeni, minii, cerussa-  
ana partes æquales: reduc in pulverem sub-  
tilem, & cum oleo lini, vel vernice liquida  
tempera.

### Pro vitris simul lutandis.

Ufus sum feliciter usque in hanc ho-  
ram vesicis porcinis, vel bovinis, pro  
alembico cum cucurbita lutando, tam in de-  
stillationibus aquarum, quàm spirituum  
acrium & acidorum.

### Pro rostro alembici cum reci- piente lutando.

Recipe ceræ unciam j. resinæ, colo-  
phoniæ, ana drachmam j. liquecant simul  
in fictili: quibus adde modicum olei oliva-  
rum, miscendo baculo, ut incorporentur.  
postea